



HINRICVS R
ANZOVIꝰ REG
IS DANIÆ VICA
RIꝰ ANNO DN
15 90
ANNVM AGENS
ÆTATIS 65











Dupl.?

GENEALOGIA RANZOVIANA

AEDITA ANNO DOMINI 1587.

Cui nunc denuò additæ ſunt aliquot RANZOVIORVM effigies ac imagines nonnullæ, partim à Goltzio & Hogenbergio, partim ab alijs artificibus cupro expreſſæ.

CICERO.

Tantam vim atque neceßitatem poßidet paternus, maternuſquè ſanguis: vt ſi quod decus ex eo profectum non intermori: Si qua macula verò inde concepta, non facilè elui poßit.

Idem.

Semper ita ſenſerunt ſapientes in Heroicis familijs vim naturæ præſtantiorem eſſe, quàm in reliqua multitudine & virtutis ſemina generatione communicari liberis.

Idem.

Quemadmodum corporis formâ, habitu, geſtu, prognati maiores ſuos referunt: Sic etiam animo, conſilijs, actionibus plerumque eoſdem imitantur.

Euripides.

Egregia & inſignis inter homines nota, bona ſtirpe naſci: & ſucceſſu augetur nobilitatis nomen, hominibus dignum.

HELMAESTADII
Excudebat Iacobus Lucius Tranſyluanus.

RANZOVIÆ CLYPEVS REFERENS INSIGNIA GENTIS.



RANZOVII·RVBRA·EST·CLYPEI·PARS·DEXTRA,SINISTRA·EST·
CANDIDA;SED·CASSIS·CORNVA·BINA·GERIT·
CORNVA·SVNT·ROBVR,MARTIS·COLOR·ALTER,ET·ALTER
PACIS:VTRVMQVE·SATOS·NOBILITATE·DECET·
FORMA·QVID·HÆC·SIMPLEX:SIMPLEX·FVIT·IPSA·VETVSTAS
SIMPLICITAS·FORMÆ:STEMMATA·PRISCA·NOTAT.

W K

ALIVD

In inſignia Ranzouiana.



Vænam hæc ſimplicitas à noſtro diſſona ſeclo?
An non Ranzouij diuite ſtirpe ſati? (plex
Fallor? an his paucis ſubſunt quàm plurima: du-
Diſtinguunt clypei forma colorq́ latus.
Perfuſum minio dextrum, candore ſiniſtrum
Candor huic generi eſt, ingenuusq́ pudor.
Caſsis habet geminum cornu, conſtantia fortes
Corpore non ſolùm ſed quoq́ mente facit.
Sancta ô ſimplicitas: ô ingenioſa vetuſtas
Quæ tam ſuccinctè plurima dona notat.

Salamon Frenzelius P. L.

Aliud.

Quàm benè cum Muſis, communia templa tenebat,
Alcides forti promptus ad arma manu.
Doctrinæ & præſes, cerebro Iouis edita Pallas,
Inuictos animos ad fera bella gerit.
Tam benè Ranzouio, fulgent in ſtemmate iuncti,
Hinc certè rubeus, candidus inde color.
Martius ille color, caſtrenſibus aptus & armis
Hic pace & ſtudijs dignus Apollineis.
Seu Martem ſpectes, Muſasq́ & cætera dona
Ingenij, æternum gens ea nomen habet.

VERSVS NONNVLLI
In eam sententiam, quod virtutis semina generatione communicentur liberis.

PVlchrum est ex veteri ac generoso sanguine cretum
Esse, nec à proauis degenerare suis.
Communis siquidem nos experientia vitæ,
Vim claræ soboli stirpis inesse docet.
A timidis timidi, fortes à fortibus ortum
Non immutato sanguine sæpe trahunt.
Sic patrum residet virtus in bobus equisq́,
Natiuum retinet quælibet herba decus.

Aliud.

Scilicet in sobolem virtus transire parentum
Consueuit: bonus atq́ bona cadit arbore fructus:
Maternus tantum in natis, tantumq́ paternus
Sanguis robur habet: si quod decus inde profectum est
Tollere nulla dies: & nulla iniuria possit.
Si macula aut labes sceleris concepta sit inde
Nulla dies vnquam memori illas eximat æuo.

Aliud.

Qui viret in folijs venit ab radicibus humor
Et patrum in natos abeunt cum semine mores.

Magna quidem laus est, claro de sanguine nasci:
Maior, honestatis facta decusq́ sequi:
Maxima, nosse DEVM fontem metamq́ bonorum:
Vti sorte, pie viuere, rite mori.

Nobilis

Obilis ac vetuſta Ranzouiorum familia inter reliquos nobiles Cimbros, qui Holſatiam ac Ducatum Sleſuicenſem incoluerunt, noſtra ac patrum memoria celebris extitit. Nam cùm Adolphus III. comes Schovvenburgenſis ac Holſatiæ, monaſterium Reinfeldenſe fundauit & extruxit Anno Chriſti 1186. præter ſuum, præcipuorum quoq; Holſatiæ nobilium inſignia ordine appendi fecit ibidem, ita vt Comitis inſigne ſibi primum, Ranzouiorum verò ſecundum locum vendicet.

Petrus Albinus Electoris Saxoniæ Chriſtiani hiſtoriographus ex Chronico Buchauienſi & eius appendice aſſerit in ſuis hiſtorijs, Ranzouianam familiam à Viperto II. Comite Groicenſi & Marchione Luſatiæ, qui obijt A. C. 1124. deuolutam, cuius maiores ex Tranſalbina regione, id eſt Holſatia ſiue Cimbrica Cherſoneſo orti. Is enim genuit Henricum I. Burggrauium Liſnicenſem, qui obijt A. C. 1138. (à quo natus Henricus II, qui vixit A. C. 1143. & reliquit Henricum III, qui obijt 1203. à quo deſcenderunt Burggrauij Liſnicenſes. Quorum vltimus huius familiæ Hugo ſine maſcula prole obijt Anno C. 1538.) & Ottonem Burggrauium Liſnicenſem, præfectum tempore belli factum in regione Tranſalbina, vnde maiores eius egreſſi erant, qui denuò condidit ibidem familiam nobiliſſimam & fundatiſſimam, vt Ciceronis vtar verbis, generoſorum equitum de RANIZOVE: & Albinus exiſtimat huius Ottonis inſigne fuiſſe, quod in Abbatia Reinfeldenſi primo loco poſt Adolphi III. appenſum eſt, de quo ſuprà dictū eſt.

Sic in ciſta, in qua priuilegia Holſatica aſſeruantur primo loco Ducum Sleſuicenſium, Comitum Holſatiæ, nec non Epiſcopatus Lubecenſis & Sleſuicenſis inſignia picta

 conſpi-

conſpiciuntur. Poſthæc proximus locus armis Ranzouicis aſſignatus eſt.

In archiuis quoq; Plonenſium priuilegium quoddam extat, in quo ipſis ius Lubecenſe ab Adolpho IIII. Schovvenburgenſi conceſſum eſt Anno Chriſti 1236. quod præter Comitem duo quoq; Ranzouij tanquam teſtes ſigillis ſuis confirmarunt.

Fuerunt etiam in Miſnia Anno Domini 1283. Schalko Ranzouius militaris cum duobus filijs nempe Ottone & Britolpho, id eſt Breidone apud congentiles ſuos, præfectos ſiue caſtellanos in Liſnig, & interceſſerunt pro illis apud Imperatorem Rudolphum I, qui eos per ſex menſes re infecta detinuit. Quemadmodum etiam profecti ſunt eò Anno Chriſti 1362. ad componendum diſſidium ortum inter Henricum Liſnicenſem caſtellanum, congentilem ſuum & Monaſterium Buchauienſe ſiue vallum S. Egidij Kagenberus, id eſt Caius & Otto teſtante id Chronico Buchauienſi & eius appendice.

Ex hac familia nonnulli Innocentij VII. Pontificis confirmatione vſi Canonicatum Hamburgi pro poſteris inſtituerunt. Quemadmodum etiam alia beneficia eccleſiaſtica eodem ferè tempore Itzehoæ, Chilonij, Flensburgi, Sleſuici, Plonæ ac in Cœnobio Pretzenſi fundarunt: Prout Coloniæ in hodiernum vſque diem memoria Conſtantini de Ranzou in collegio nobilium virginum in capitolio celebratur: inſtituta A. C. 1335.

Ranzouios etiam non minus gratia apud Holſatos quàm authoritate atque opibus valuiſſe, vel inde colligi poteſt. Quòd à Dithmarſis anno 1404. iniquitate loci circumuenti & cæſi Holſati vt Ranzouium & Povviſcum captos redimerent, oportunam munitionem Delffbrugge, quæ gene-

roſorum

roſorum virorum ſanguine multo vix occupata fuerat, & præſidio valido tenebatur, hoſtibus Dithmarſis, conſentientibus principibus & totius nobilitatis flore, reddiderunt.

Neq; in patria ſolùm gratioſos ſed exteris quoq; notos & charos fuiſſe, documento eſt diploma Alberti II. Imperatoris in principio Anni Chriſti 1439. datum, quo ſocietatis ſuæ, ſiue ordinis inſigne nempe Draconem & crucem Adolpho Duci Sleſuicenſi, vltimo ex Schovvenburgenſium familia & Schackoni Ranzouio confert atq; communicat, vnde conſtat Ranzouiorum familiam quantum ad vetuſtatem, decus ac res geſtas attinet, reliquis non fuiſſe inferiorem.

Nati ſunt ex hac illuſtri nobilium proſapia, patrum ac noſtra memoria Reuerendiſs. Princeps BALTHASARVS, Epiſcopus Lubecenſis ac præpoſitus Sleſuicenſis: D. IOANNES RANZOVIVS, Eques auratus: DANIEL RANZOVIVS Sereniſſimorum Daniæ Regum, FRIDERICI I. CHRISTIANI III. & FREDERICI II. Primarij copiarum militarium ductores ac præfecti: nec non præter hos, alij Regij per Holſatiam Legati ſiue Vicarij, oratores ac conſiliarij, tàm pacis quàm belli tempore inſignes complures: Cuius familiæ vltra centum maſculi noſtro tempore adhuc ſunt ſuperſtites. Et nihil aliud eſt familia hæc, quàm bellicoſorum militum & magnanimorum Ducum, quaſi perpetuum ſeminarium, poſſidetq; arces munitas, caſtra, prædia, ac nobilium domicilia vltra 50, quæ in regno Daniæ ac Norvvegiæ, in ducatu Sleſuicenſi, Holſatiæ, Lunæburgenſi ac inferioris Saxoniæ ſunt ſita, & in illis Iuriſdictionem habent minorem ac maiorem, id eſt capitis: quemadmodum Comites ac Barones in

Germa-

Germania & tota Cimbrica ac Danica nobilitas, ſuis poſſeſſionibus cum tali libertate fruitur.

Eas poſſeſſiones ſine maſcula virtute non acquiſiuerunt, neq; tanto tempore fuerunt tutati: vt maxima pars Ranzouiorum cenſum equeſtrem Romanorum nempe Cæſaris Auguſti tempore, decem millia coronatorum in bonis & parata pecunia habeat: nonnulli horum, cenſum ſenatorum nempe 25000. coronatorum adæquent, vel etiam excedant multis interim ad aliquot centena millia progreſſis.

Nam ex hac familia quidam noſtro tempore Imperatori Carolo V, Reginæ Angliæ, Regi Daniæ, ciuitati Antuuerpienſi, Gedanenſi, Lubecenſi & Hamburgenſi, aliquot centena millia thalerorum ferè vno eodemq; tempore, mutuo dedit.

Hoc etiam monendum eſſe duxi, quòd nomina huius familiæ, Caius, Antonius, Breido, Schacko, Godſchalcus, Otto, Henricus, Gerhardus, Sigefridus, Hanſius, VVoldemarus, ſint gentilitia & vetera: Balthaſarus autem, Melchior, Daniel, Caſparus, Petrus, Paulus, Chriſtophorus, Hieronymus & Nicolaus, ſint aſſumpta, cum Cimbricæ Regiones Chriſtianam colere religionem ceperunt, poſt Caroli Magni tempora, circa annum Domini 834. cum Ludovvicus Caroli filius Epiſcopalem ſedem trans Albim in loco Hamburg inſtaurauit, vt Carolus Magnus illud decreuerat, quemadmodum literæ Ludovvici, Aquiſgrani eo anno datæ, teſtantur. Vnde etiam patet, quòd Cimbri Chriſtianæ religioni vltra 600. annos verè addicti non fuerint. Holſatiam autem & vicinas regiones Cimbricam Cherſoneſum à Romanis fuiſſe vocatam, patet ex Tacito, Plinio, Strabone & Ptolomæo: præſertim vbi Ptolomæus recenſet extenſio-

tensionem Cimbricæ, post Albim fluuium & vbi commemorat altitudinem polarem vrbis Trauenæ 54. gr. 40. min. quæ ferè conuenit, paucis exceptis minutis, cum altitudine polari fluuij Trauenæ, & oppiduli Trauemundæ, vbi Trauena in Oceanum illabitur. Extitit autem hæc familia etiam ante Caroli Magni tempora in his Cimbricis oris: quodq; eorum res gestæ interciderunt, magis temporum iniquitati, quàm ipsis asscribendum est, eò, quòd Cimbri Martium animum nimis serò ad literas adiecerunt, & fortes esse potius, quàm dici maluerunt.

Hi tres sequentes, à quibus initium huius Genealogiæ ducitur, fuerunt fratres aut patrueles. Nam Caius Ranzouius Eques auratus, qui interfuit tractationibus inter Comites Holsatiæ & Schovvenborch ac ciuitatem Hamburgensem: primo A. C. 1340. cum ab Imperatore Ludovvico Princeps Albertus Megapolensis ad cognitionem eius controuersiæ iudex delegatus esset: secundo A. C. 1364. fuit horum pater aut patruus.

OTTO—GODSHCALCVS—CAIVS

OTTO

Dominus quondam in Saltzovv, Ranzou, Schlage & Lancker, nec non bonorũ in terra Oldenburgensi iacentium, quæ posteri ei9 adhuc possident. Huius filij duo.

GODSHCALCVS

Huius posteri sub signo † infra recensentur:

CAIVS

Huius posteri enumerabuntur infra sub signo *.

D. BREIDO

Eques auratus affuit diuisioni Comitum Holsatiæ, Stormariæ ac Schovvenburgensium, nempe Gerhardi Ducis Schlesuicensis, Alberti Iunioris & Henrici, filiorum Henrici senioris, ex vna parte & Ottonis, Bernhardi præpositi Hamburgensis, Adolphi & Guilhelmi, Ottonis filiorum ex altera parte: cum vndecim equitibus auratis, inter quos ille primo loco recensetur, cum multis alijs nobilib9: inter quos etiam fuit Schacko & Henningus Ranzouij: quæ tractatio habita est Chilonij An. D. 1390. Huius Bredonis posteri obtinent Neuerstorff & Hogenfelde: ex quib. nati sunt Henningus, Breido & Nicolaus in Neuerstorff, nec non Daniel, qui fuit præfect9 militũ in bello Suetico, mo-

D. SCHACKO

Eques auratus, quem Imperator Albertus, equitem sui ordinis, cuius insigne fuit Draco cum cruce, elegit, in principio an. Domini 1439. Diploma imperatorium, cuius vigore dux Schlesuicensis Adolphus, & hic Schacko eo ordine donati sunt, in hodiernum vsq; diem in archiuis Hottorpiensibus asseruatur. Sepultus est in Gikovv. Insulam Vemerensem dux belli expugnauit A. 1416. Hic Schacko 5 filios habuit, vt sequitur, qui vixêre circa annum Christi 1469. vt patet ex literis confœderationis, quã nobiles Holsatiæ inter se inière, contra vicinas ciuitates, & quoslibet alios, sibi contra ius vim inferre volentes, cui 24. nobiles huius familię subscripsêre. Hi quinq; filij inter

dò Re-

dò Regis Daniæ Frederici II. consiliarius, & præposit⁹ monasterij Vtersen, qui dimidiã partem castri Segarten in dotem accepit & adhuc superstes est cum duobus filijs, videlicet Hansio, qui agit an. 20. & Francisco qui ingreditur annum 13. Vxor eius Dorothea Alefeldia est. Ipse Daniel agit annum ætatis 53.

se diuisêre bona terræ Oldẽburgensis, vt Saltzovv, Klampe, Lamershagen, Rastorff, Siggem, Pudlosen, Brodovv, Loërstorff, Pancker, Helmstede, Quernebeke, & Marutendorff.



NICOLAVS

Hic dedit cœnobio Pretzēſi præter cætera dona, militare munus nempe 28. equos. Ex cuiꝰ poſteris Nicolaus Ranzouius, q. in bello, quod Chriſtianus III. Daniæ rex cum Lubecenſibus geſſit, tribunus militum fuit, & cum duabus cohortibus, ſub Martino Roſſemio in Belgium & Galliam ſe contulit: deinde præpoſitus Peinenſis factus, mortuuſq́; Lubecæ, annum agens 77. 3. Auguſti an. Dñ. 1584. ſepultuſq́; ibid. in monumento Ranzouiorum, quod Henricus Ranzouius filio ſuo Theodoro extrui anteà curauerat. Hic reliquit fratrem Chriſtophorum, qui adhuc eſt ſuperſtes, agens annum 84. (Nam natus eſt anno Chriſti 1503.) cum duobus filijs Benedicto & Chriſtophoro, Dominis in Tunderen, Quernebeke, Marutendorff & Oſterade.

CAIVS

HANSIVS

qui obijt año 1485. 2. Octob. ſepultus in monaſterio Preitz.

HENRICVS

Cuius vxor Catharina Povviſch. De huiꝰ poſteris ſeorſim agetur.

HARDVICUS

huius abnepos fuit Nicolaus Ranzou, cubicularius VVilhelmi Landgrauij Haſſiæ, qui in venatione aprum interficiens, eiuſdē ictu viciſſim occubuit. Caſſeliæque à Landgrauio ſepultus eſt Anno Domini 1583.

HENRICVS

HANSIVS, cuius vxor Margaretha Brocktorpia. Dominus quondam in Nienhus, quam ipſe primus funditus ædificauit. Fuit vir doctus ac Canonicus Lubecenſis. Canonicatum tamen reſignauit, ac poſtea Hader-

D. OTTO, Eques auratus (vxor Anna de Breiden) Dominus quondam in Bulcke & Knope, & Regis Daniæ Iohannis ſenator fuit. Humatus eſt Chilonij in æde D. Iacobi, in delubro Ranzouiorum, Anno Chriſti 1511. vbi

ſlebij obijt, vbi quoq; in monaſterio ſepultus eſt. Reliquit ſeptem liberos, qui omnes Daniæ Regum, Frederici I. & Chriſtiani III. Regij vicarij, oratores & conſiliarij facti ſunt. Huius poſteros vide ſub ſigno ‡.

etiam conditi ſunt eius filij. Hic Otto caſtrum Bulcke funditus ædificauit & filij eius fuerunt.

CHRISTOPHORVS Præfectus arcis Tunderenſis (cuius vxor fuit Anna Ranzouia de Pudlos.) Hic Chriſtophorus & Henricus reliquêre liberos, qui adhuc ſuperſunt, & poſſident bona Bulcke, Knope, Schekamp, Borchorſt, & Schenckel, inter quos Melchior, qui Dorotheam Ranzouiam de Quernebeck vxorem duxit, caſtrum Salevvick pro Tuſchovv, à regia maieſtate Daniæ, titulo permutationis ad ſe tranſtulit. Mortuus autem Chriſtophorus eſt Anno Chriſti 1571. ætatis 60. 20. Februarij.

HIERONIMVS cuius vxor Margaretha Brocktorpia abſq; liberis deceſſit Anno C. 1565.

HENRICVS cuius Magdalena Reuentlouia vxor fuit.

HENRICVS

MELCHIOR

HENRICVS.

OTTO vxor Dorothea Bockvvoldia.

‡HIC ORDINE SEQVVNTVR HANSII FILII, HENRICI NEPOTES, Schackonis pronepotes, Ottonis, à quo linea incepta est, abnepotes.



I. BALTHASARVS Episcopus Lubecensis, & Præpositus Slesuicensis, nec non Christiani III. Daniæ Regis consiliarius fuit. Captus est à quodam nobili Martino à VVallefelt Regi inimico, & in captiuitate vitam cum morte commu-

commutauit cum per 11. annos Episcopatui, summa cum laude præfuisset Anno Christi 1547. ætat. 49. Fuit vir insigniter doctus.

CASPARVS, Margarethæ Ranzouiæ de Neuerstorff maritus, quondam Dominus fuit in Schmolde, nec non Regis Daniæ consiliarius & præfectus Flensburgensis, sepulturæ mandatus est Haderslebij Anno ætatis 77. vnà cum vxore in æde sacra prope chorum. Reliquit 2. filios, Henricum & Ioannem, quorum adhuc hic viuit, & cum vxore castrum Hasselborch & Muscentin in dotem accepit: nec non administrationem præfecturæ Rendesburgensis obtinet. Regius quoque in Holsatia consiliarius electus, & agit nunc annum 56. Henrici verò hæredes, qui possident Schmolde sunt hi: Casparus, Ioachimus & Hansius. II.

MELCHIOR Regis Daniæ Christiani III. aulæ præfectus siue Marischalckus, ipsiq; charus fuit. Nam hoc fatis erepto dixisse fertur, se gemmam ex corona amisisse. Obijt Iuuenis & cœlebs, Anno Christi 1539. Fuit admodum disertus, linguæq; Latinæ non imperitus. Sepultus est Haffniæ eo loco, qui coronationi Daniæ Regum deputatus est. Hic bello Lubecensi clarus fuit. III.

BREIDO (cuius vxor Catharina Heister) hæres in Bolgenstede & Redvvisch, à Rege Daniæ Christiano in Frisiam missus est, cum copijs equestribus & pedestribus, vt Capitaneum Menardum de Hamme, obsidione solueret. A Domino Georgio Schenckio autem Caroli V. gubernatore IIII.

tore

tore Phrisio captus fuit. Vir etiam eloquens, nec non in Ducatibus Holsatiæ &c. locum tenens Daniæ Regis, Præpositusque Pretzensis fuit, obijt Anno Christi 1562. 13. Octobris ætatis 56. sepultusq; est in Parochia sua Eggebeke.



HENRICUS

HENRICVS hæres in Eſſelſmarck & Satvviſch (vxor eius Dorothea VVoniſchfled) fuit Adolphi Ducis Holſatiæ conſiliarius, & Præfectus Gottorpienſis, ſepultus eſt Roſlebij, Anno Domini 61. 8. Februarij, ſexagenarius ferè. Reliquit filium Hanſium, qui bona paterna poſſidet, Dominus eſt, pro rata ſua, Caſtri Nienhaus, & arcem Saxtorff cum vxore Margaretha Alefeldia ratione dotis eſt nactus. Habet 3. filios, Henricum, Marquardum & Sifridum. V.

SIFRIDVS Dominus quondam caſtri Nienhus, Inſulam Vemerenſem & præfecturam Haderſlebienſem adminiſtrauit. Fuit Ducis Holſatiæ Iohannis conſiliarius, & ſepultus eſt in Gikovv: cœlebs obijt Anno Domini 1576. VI.

OTTO Margarethæ Alefeldiæ maritus, hæres quondam in Ranzovv, Schonenvveide, & ex parte aliqua caſtri Nienhus. Habuit quatuor filios, ex quibus reliquit ſuperſtites Hanſium, Balthaſarum & Henricum, mortuus Anno C. 1585. menſis Decembris die 24. ferè octogenarius, ſepultus in Gikovv. VII.

† HACTENVS DE LINEA OTTONIS, SEQVITVR NVNC LInea Godſchalci, qui ſecundus eſt ex tribus illis à quibus Genealogiæ initium ducitur.

GODSCHALCVS I. permutationem fecit Anno Domini 1373. cum Epiſcopo Lubecenſi Bartramo Cremone, cui curiam ſuam Lubecæ ſitam & pagos Elerſtorp &

 Gramen-

Gramendorp conceſſit, ac in locum eorum arcem & pagos Ratmerſtorp, Morenſehe & Brende recepit, vt literæ permutationis reſeruatæ in archiuis Epiſcoporum Lubecenſium teſtantur, & adfuit teſtis confirmationi priuilegiorum monaſterij Reinfeldenſis, factæ à Gerhardo Duce Sleſuicenſi Anno 1399. cuius ſenator fuit: obijt anno ætatis 63.

GODSCHALCVS II. (Cuius vxor fuit Eliſabetha Seheſtede de Cluuenſick) vixit an. 1469. quòd patet ex literis fœderis inter primores totius Holſatiæ icti, cui 24. nobiles huius familiæ ſubſcripsêre, in quibus literis fit mentio Godſchalci Ranzouij, Godſchalci filij. Ex quo colligi poteſt, tunc temporis multos etiam Ranzouios extitiſſe, quorum in hac Genealogia non fit mentio. Hic Godſchalcus vixit annos 63.

ANTONIVS (Druda Ranzouia Petri Ranzouij filia vxor eius, obijt anno 1540.) Dominus in Nienhaue, quod caſtrum funditus extruxit. Fuit Friderici I. Regis Daniæ conſiliarius & præfectus Gottorpienſis, obijt an. 1533. Anno ætatis 63. in æde ſua parochiali VVeſtenſehe, vnà cum vxore humatus eſt, eleganti monumento muro inſerto.

CLARA nupſit Chriſtophoro de Schulenborch, Domino quondam in Engern & Bezendorf quæ hæredes adhuc obtinent.

GODSCHALCVS III. (cuius vxor fuit Margaretha Bockvvoldia) Dominus extitit in Nevvenhaue, VVammendorff & Vvilſtede, Chriſtianiq; III. Daniæ Regis ſenator fuit. Ambo in conditorio maiorum humati iacent in VVeſtenſehe, attigeruntq; annum

annum ætatis 63. Exceſſit autem è viuis Godſchalcus anno Chriſti 1564. 22. die Martij, quemadmodum ex monumento lapideo, quod in memoriam eius poſteri ſtatui curarunt, patet. Vxor eius obijt eodem anno, 22. Februarij.

HIC ORDINE SEQVVNTVR GODSCHALCI III. FILII, ANTOnij nepotes, Godſchalci II. pronepotes, Godſchalci I. abnepotes.

DANIEL Dominus quondam in Nienhaue & VVoldenhorn, Iuuenis Imperatori Carolo V. operam militarem præſtitit. In expugnatione Dithmarſiæ, primùm duarum cohortium ductor: Deinde Regis Daniæ Frederici II. ſummus belli dux contra Sueciæ regem deſignatus eſt, atq; hoc munus in ſeptimum vſq; annum ſumma cum laude adminiſtrauit. Regem Suetiæ aliquot prælijs ſuperauit: exiguo exercitu ingentes hoſtium copias fudit, vt in campo Aſtorffheide 4. millibus, 26. millia hominum proſtrauit. Tandem in obſidione arcis VVarburgicæ, quæ paulò pòſt deditione facta, expugnata eſt globo ex tormento æneo exploſo, per caput eius adacto expirauit, ætatis circiter annum 40. 11. die Nouembris Anno Chriſti 1569. In parochia ſua VVeſtenſehe apud Maiores ſepultus eſt, ſplendido monumento cryptæ eius inſtrato, vnà cum alijs Epitaphijs in memoriam ibidem erectis. Abſque hæredibus mortuus eſt. Deſponſata ei fuerat Catharina à Damme, quam poſtea ipſius frater Petrus in vxorem duxit. Linguam Latinam, Ita- I.

licam Gallicam, Danicam ac Germanicam egregiè
luit.



II. ANTONIVS (vxor Helvvigis Sehestede) hæres quondam in VVilstorff fuit, quod prædium Regi Daniæ Frederico II. vendidit. Postea quoq; post obitum fratris Danielis, Castrum Nienhaue ipsi cessit. Hic adhuc viuit cum duobus filijs Antonio & Godschalco, qui literis dant operam, & linguæ Gallicæ & Latinæ non imperiti sunt. Antonius (pater) iam agit annum 54. natus anno Christi 1533.

PETRVS

PETRVS natus Anno Christi 1538. (cuius vxor Catharina à Damme fuit) Dominus in Arensborch siue VVoldehorn, cuius fundamenta iecit prima, fossaq; ac vallo munire instituit, & VVammendorff, quod pro Troieburg, cum Rege Daniæ Frederico II. permutauit, hæres quoq; existit in Schirensehe & Mollendorff. Regius Danicus consiliarius est, Præfectusq; Flensburgensis. Vxor defuncta Anno Domini 1577. 20. Ianuarij, reliquit ei vnicum filium, iam 15. annorum, natum anno Christi 1572. 5. die Ianuarij 6. hora 40. min. quem meritò fratris nomine Danielem appellari fecit. Donatus est etiam à Friderico II. Daniæ Rege, ordine Danico, nempè aureo Elephante cum turri. III.

SEQVITVR LINEA CAII, QVI VLTIMVS EST TRIVM fratrum, à quibus Genealogiæ initium ducitur.

CAIVS.

Dominus castri Crummendick, & bonorum palustrium ac circa oppidum Itzeho iacentium: sepultus ibidem in æde sacra Diui Laurentij, continua monasterio nobilium monialium, prope altare S. Trinitati dicatum. Hic diuisionem ordinauit inter Comites Holsatiæ & Stormariæ, Anno Domini 1397. quæ scripto comprehensa, in hodiernum vsq; diem in Archiuis Gottorpiensibus in custodia habetur.

BREIDO

Hæres in Krummendick: cuius vxor fuit Druda Radlouia, mortua anno 1451. 24. Augusti. Ipse verò mortem obijt, anno 1440. eodemq; loco Itzehoæ tumulatus est.

Huius liberi sunt sequentes quinq;:

I. PETRVS, qui bona prope Itzeho sita ad castellum Crummendick quondam spectantia dicto monasterio Itzehoensi vendidit, Anno 1480. Filiam reliquit Drudam, cum qua Antonius Ranzouius matrimonium contraxit.

II. BARTHOLDVS, qui fuit Præpositus Hadeleriensis, Canonicusq; Bremensis: Excessit è viuis Buxtehudæ anno 1459. 8. Ianuarij, translatusque Bremam, vbi in sacra æde cathedrali sepultus, cum Epithaphio, quod Henricus Ranzouius regius Danicus vicarius renouari fecit. Hic Bartholdus si diutiùs vixisset, forsitan etiam ad dignitatem Episcopalem Bremensem euectus fuisset.

III. HENRICVS I. hæres bonorum feudalium in Itzeho, quondam Hamburgensium Præfectus, in arce Steinborch, obijt Sexagenarius, Anno 1497. apud maiores sepulturæ

pulturæ mandatus. Huius vxor Olegardis Bockvvoldia fuit, quæ decessit anno Domini 1538. & prope maritum condita est. Annos 41. vidua fuit: vitam ad annum 80. perduxit, filia Domini in Borstel & Syrhagen. Huius liberi sequentur versa pagina, post VVoldemarum & Mettam.

VVOLDEMARVS hæres in Crummendick, cuius posteri castrum Crummendick Sehestedijs vendiderunt. Et illorum stirps arescet, cum nulla masculi hæredis spes supersit. IIII.

METTA sine hæredibus defuncta, quamuis in matrimonio Reuentlauio nupta vixerit, Cœnobio Itzehoensi quinque millia marcarum in testamento donauit: vt patet ex maiorum relationibus, & diplomatibus hac de re confectis, nec non saxo sepulturæ ibidem instrato: obijt An. 1489. 9. die Maij. V.

HIC ORDINE SEQVVNTVR HENRICI I. FILII quinq; & vna filia.

BREIDO, qui in Dithmarsia fortiter pugnans, perijt, Anno 1500. cum tribus alijs Ranzouijs: Cùm Rex Daniæ Iohannes hanc bello oppugnaret, vbi etiam tumulis obruti sub dio iacent. Nam honor sepulturæ, quem ipsorum propin- I.

propinquæ & agnatæ moniales nobiles cœnobij Itzehoensis, eis tribuere instituerant, à Dithmarsis est negatus. Sed illustrium virorum quæuis terra sepulchrum & monumentum est, non tantùm inscriptio in tumulo, sed etiam non sculpta honesta memoria, quæ historijs, non tumulis conseruatur.

II. PAVLVS Regis Daniæ Frederici I. aulæ moderator siue præfectus fuit, inq; florescente ætate extinctus est, An. 1521. Itzehoæ sub lapide sepulchrali humatus iacet. Reliquit filium Henricum, qui aliquamdiu castra secutus, in Gallijs apud Martinum Rossemium, vnius equitum turmæ ductor fuit: aqua submersus perijt, Slesuiciáq; sepultus est, Anno Domini 1546. ætatis 28.

III. CAIVS, cuius vxor fuit Ida Blomia de Sehedorff, Dominus quondam in Hanravv, Kledkampe & Cherubi, mortuus anno 1560. ætatis suæ 72. maiorum sepulcris illatus est. Fuit Duci Holsatiæ Adolpho à consilijs, nec non Præfectus Trittauiensis. Vulneratus est in bello Lubecensi tormento, cum propugnaculum Tauemunda ipsis ereptum est.

Filij ipsi fuêre IIII.

I. HENRICVS Canonicus Hamburgensis, nec non vir militaris: stipendium meruit

III. MAVRITIVS, cuius vxor fuit Barbara Sehestedia, Dominus in Hanrovv sub co-

ſub comite Balthaſaro de VVidmunde, contra Bremenſes. Hic ab obſidione vrbis Metenſis, cum Duce Holſatiæ Adolpho, vnius turmæ equitum ductor diſcedens, apud Treuiros peſte interijt, ibidemque in templo cathedrali ſepultus eſt, Anno 1553. monumento in memoriam eius poſito.

II. PAVLVS, qui fuit ſignifer Caroli V. in bello contra principem Electorem Saxoniæ, prope Lipſiam geſto, ibidemq; peſtifera lue infectus perijt, ac in oppidulo Zeitz tumulatus eſt: fuit vir doctus, iuriſq; non ignarus.

&Holtenklincke, Ducis Holſatiæ Adolphi conſiliarius, Præfectus Gottorpienſis, Dithmarienſis ac Reinbeccenſis: & in expugnatione Dithmarſica ac Gotana vni⁹ equitum turmæ ductor fuit. Hydrope correptus, Lubecæ obijt, anno 1572. Itzehoam in ſepulchrum maiorũ tranſlatus eſt, monumento in memoriam eius parieti iniuncto. Habuit vnicum filium Caium, qui adhuc ſuperſtes, agit annum ætatis 21.

DETHLEVVS, cuius vxor Margaretha Henrici Ranzouij de Satvviſch filia, Dominus in Kletkampe & Cherubi, Ducis Holſatiæ Adolphi conſiliarius & præfectus Ciſmarienſis & Oldenburgenſis, agens nunc annum 51. habet filium, qui Caius appellatur literiſq; incumbit, annum agens 17. IIII.

DETHLEVVS Canonicus Bremenſis & Hamburgenſis, Bononiæ aliquandiu in ſtudijs bonarum artium verſatus linguam Latinam & Italicam addidicit, poſtea Romam IIII.

ſe conferens & ad reliquas eccleſiaſticas dignitates contendens ibidem obijt Anno 1504.

V. CATHARINA, quæ per 20. annos Abbatiſſæ munus in cœnobio Itzehoenſi ſuſtinuit, vixitq; años 81. ac mortua eſt anno 1564. 23. die Ianuarij, vbi monumentum ei poſitum eſt in periſtylio eiuſdem cœnobij Auſtrali in angulo, ab Henrico Rantzouio vicario Regis Daniæ in Holſatia filio Ioannis fratris huius.



D. IOHAN-

D. IOHANNES Dominus in Bredenberg, Bodkamp, Sturenhagen & Melbeck, Hierosolymis decore Balthei militaris insignitus est, circa id tempus, cùm Zelimus Turcarum Imperator eam ciuitatem bello superâsset: tribus Daniæ regibus summus bellorum dux, ac intimis à consilijs fuit, Regis insuper Daniæ Christiani III. in Holsatia vices gerens. Lubecam obsidione cinxit, aliquotq; Lubecensium prope Oetinum profligauit. In Iutia cum Erico Banner Dano equite aurato Rusticos seditiosos domuit. Nauarchū Clementem, qui semetipsum propria authoritate pro rege gessit, cepit, capitisq; supplicio affecit. Duabus obsidionibus Haffniæ interfuit. Seuerinum Norbium Regis Daniæ Christiani I. summum belli ducem patentibus in campis prælio in Scania superauit & cepit. Comites quoq; aliquot in Fionia in loco Ochsenberg dicto, fudit. Inter Imperatorem Carolum V. ac Daniæ regem Christiernum III. Spiræ vnà cum socijs legationis Andrea de Bilde equite aurato Dano & alijs pacem composuit ac stabiliuit. Anno 1544. Tandem cum Daniæ rege Frederico II. nec non Holsatiæ ducibus Iohanne & Adolpho in Dithmarsiam expeditionem suscepit, eiusq; belli dux fuit. Vixit annos 73. & mensem vnum licet anno 72. ægrotare cœperit: placidè obijt filijs claudentibus oculos anno 1565. 12. Decembris: Castra Bredenberch & Bodtkampe precio suo emit & funditus ædificauit, quorum prius inter munitissima totius Holsatiæ recensetur. VI.

Huius vxor fuit Anna VValstorpia, vltima eius familiæ. vixit annos 72. obijtque anno 1582. 29. Decembris

propè coniugem honorificè condita, ſub ſepulcro ſplendido Itzehoe, cum varijs Epithaphijs, quæ filij mærentes Patri, nec non ipſi ſtatui curarunt. Vidit liberos, nepotes ac pronepotes numero 48.

HVIVS IOHANNIS EQVITIS AVRATI FILIJ fuerunt.

HENRICVS, Dominus in Bredenberg, & Vicarius Regius, de quo pagina ſequenti ✠.

PAVLVS, Dominus in Bodtkamp, Lindenvith, Arleuat, Beyenſledt & Scaphuſen, Ducis Holſatiæ Adolphi cōſiliarius & præfectus Trittauienſis, Reinbeccenſis & Tremmelsbuttelenſis fuit, eiuſdemq; ducis vexillifer in obſidione Metenſi: nec non legatus, cùm idem dux Adolphus bis mille equites ex mandato Philippi Regis Hiſpaniarum, duci Albano adduceret. In iuuentute Alberti Marchionis primi, Ducis Boruſſiæ cubicularius fuit. Obijt in Reinebeck, Itzehoæq; apud maiores honorificè tumulatus eſt Anno 1579. Annos vixit 51. Menſes 5. dies 6. natus Anno Christi 1527. 16. Octobris inter ſecundam & tertiam horam noctu.

Eius



Eius filij ſunt

GERHARDVS, natus Anno Chriſti 1554. ab alio quodam nobili Holſatiæ, gladio interemptus, in ſingulari quodam certamine, altero etiam grauiter vulnerato, anno I.

 1580.

1580. Ottoniæ: vbi etiam ſepultus eſt, circa id tempus, cùm Duces Holſatiæ Ducatum Sleſuicenſem, à Rege Daniæ Frederico II. in feudum ſuſcepêre, ætatis ferè ſuæ 27. Latinè, Gallicè & Italicè loquebatur expeditè. Nam in Italia & Gallia literis operam nauârat.

II. CAIVS, ſepultus Dreſdæ Anno 1580. 9. Septembris ætat. 14.

III. BREIDO agens annum 24. natus Anno Chriſti 1563.

IIII. MELCHIOR agens annum 22. natus Anno Chriſti 1565.

V. OTTO.

VI. IOHANNES agens ætatis annum 20. natus Anno Chriſti 1567.

VII. HENRICVS verſatus in literis annum agens 19. natus Anno Domini 1568.

VIII. DANIEL.

IX. BARTRAMVS annum agens 18. natus Anno Chriſti 1569. 17. Decembris hora 1. min. 7. poſt meridiem.

NVNC

HENRICVS RANZOVIVS RE.DANIÆ IN DVCAT.B.SLESVI.HOL.AC DITH.VICARIVS.PRAEFEC SEGEBERGEN.DN.IN BREDENBERG.RANZOVISHOLM WANDESB.TVSCOV.NVSCOV et MELB.



✠NVNC PERTEXETVR LINEA HENRICI II. Vicarij Regij.

HENRICVS Ranzouius D. Iohannis Equitis aurati filius,

lius, natus anno Christi 1526. die 11. Martij hora 10. min. 31. p. mer. in arce Steinborch: Dominus in Bredenberg, Ranzouisholm, VVandesborch, Tuschenbeke, Nutzschovv, Melbeck, Redingstorff, Gronovv & VVellingsbuttel: Regum Daniæ, Christiani III. & Frederici II. in Ducatibus Slesuici, Holsatiæ & Dithmarsiæ Vicarius, consiliarius & administrator præfecturæ Segebergensis fuit, per spacium 30. annorum. Loquitur ac scribit latino sermone expeditè & eleganter, Gallicæ quoque linguæ non imperitus. Ab inclyto Rege Daniæ Frederico II. titulo emptionis 55000. thalerorum Ranzouisholmium comparauit. Nutzkovv, VVandesborg, Gronovv & Redingstorff similiter coëmit & extruxit. Expeditioni Dithmarsiæ interfuit, quam subiugatam, inter Regem Daniæ, Holsatiæque principes diuisit: nec non tractationi pacis inter Daniæ, Suetiæ ac Poloniæ reges & ciuitatem Lubecam, Stetini vnà cum reliquis nempe Cancellario Nicolao Koos, Petro Bilden & Georgio Rosenkrantzio adhibitus fuit, Anno Christi 1570. Donatus est etiam à Frederico II. Daniæ rege, ordine Danico nimirum aureo Elephante cum turri.

Vxor eius Christina vnica filia Francisci ab Halle heres in Drakenborch & Rintelem nata anno Christi 1533. 11. Decembris hora 3. min. 30. ante meridiem in arce Raden in Episcopatu Mindensi.

FRANCISCVS Ranzouius natus Anno Christi 1555. 28. Augusti, hora 17. min. o. p. m. Segebergæ: Regis Daniæ Frederici II. præfectus in Coslor, vbi traiectus est inter Fioniam & Selandiam: Linguam callet Gallicam, Latinam ac Danicam. In iuuentute operam dedit literis Louanij, cum VVilhelmi principis Aurantij filio: quo Antvverpiam vocato, capto, & in Hispaniam abducto, hic Franciscus à Duce Albano Louanium remissus est. Vxor Anna Rosenkrantzia, quæ possidet bona in Norvvegia, Selandia & Fionia ei nupsit Anno Domini 1584. Nata in Norvvegia, Bergæ, Anno Christi 1566. 13. Maij, hora 12. min. 31. nocte. Nam pater eius regni gubernator tunc temporis erat. Huius filius est Ericus, natus anno Domini 1585. 28. Augusti, inter 1. & 2. horam noctu, in arce Rosenkranziorum Arischovv in Fionia. I.

BREIDO Ranzouius, regius Danicus senator & præfectus Insulæ Langelandt natus Anno Christi 1556. die 13. Octob. hora 19. min. 4. manè, Segebergæ: loquitur latinè, Gallicè & Danicè expeditè: fuitq; in magno descrimine vitæ, Lutetiæ, cum ibidem nuptiæ illæ cruentæ Regis Nauarræi celebrarentur. Vxor Sophia Rosenkrantzia, soror Annæ, quæ obtinet bona in Norvvegia, Selandia & Fionia ducta à Breidone Ranzouio anno Christi 1579. nata etiam Bergæ in Norvvegia Anno Christi 1560. 22. Decembris II.

hora 3. min. 54. ante meridiem. Missus est à Rege Daniæ Frederico II. Anno Christi 1586. ad Regum Henricum Galliæ.

III. FREDERICVS Ranzouius Archidiaconus & Canonicus Slesuicensis natus Anno Christi 1557. 31. Octobris hora 5. min. 30. p. m. Segebergæ, Latinæ linguæ non ignarus, apud Iohannem Casimirum Palatinum in expeditione Coloniensi aliquandiu commoratus est, Anno Christi 1583. Cum Regio Danico admiralio profectus est Liuoniam versus Osel & Arnsburgum, vbi denuò Regi Daniæ Frederico II. Iuramento sunt obstricti, Anno Christi 1584. Postea profectus cum Ernesto de Mandelschlo in Galliam ad expeditionem Anno Christi 1585.

IIII. GERHARDVS Ranzouius, natus An. Christi 1558. 16. Octobris hora 11. min. 30. post meridiem, Segebergæ: Canonicus Bremensis & Lubecensis: Regius Danicus Præfectus propugnaculi maritimi Cronenburg. Cùm per Germaniam iter faceret, ante aliquot annos Constantinopolim venit: inde Hierosolymam se contulit: nec non per Italiam, Galliam, in Hispaniam versus Madrilum & Vlyssibonam profectus, iter suum Lutetiam Parisiorum conuertit, ac hoc modo in Angliam, indeq; rursus in Daniam se recepit. Ad quod iter perficiendum in primis ipsi profuit linguæ Gallicæ & Italicæ cognitio, tùm quod latinæ quoq; non planè in-

nè inſcius fuit. Educatus eſt à Comite Arenbergio in inferiori Germania, vbi linguas didicit.

CAIVS Ranzouius præpoſitus, nec non Canonicus Hamburgenſis, loquitur Gallicè & Latinè: natus eſt Anno Chriſti 1562. 9. die Auguſti, hora 6. min. 12. poſt meridiem. V.

THEODORVS natus Anno Chriſti 1561. 24. Maij hora 3. poſt meridiem: Obijt Anno Chriſti 1572. 27. Iunij Lubecæ, vbi in ſummo templo quieſcit, monumento ipſi à patre erecto lapideo in pariete. VI.

IOHANNES peſte perijt Heidelbergæ Anno Chriſti 1582. 17. Octobris. Cùm natus fuiſſet, Anno Chriſti 1566. 14. Februarij, ſepultus ibidem in cœmiterio D. Petri, in cuius memoriam pater monumentum poni fecit marmoreum. VII.

HI SEPTEM PROXIME ENVMERATI, SVNT HENRICI II. FILIJ, Iohannis nepotes, Henrici. I. pronepotes, Breidonis abnepotes, Caij vnde lineæ initium ductum eſt, atnepotes.


NOn autem omnes Ranzouij in hac Genealogia expreſſi ſunt. Fuerunt enim multi ante aliquot annos, qui huic Genealogiæ non inſeruntur, quorum poſteri adhuc ſunt ſuperſtites vt: Marquardi, Hennigni Comitis Holſatiæ conſiliarij, qui vixit anno Chriſti 1318. Nicolai, qui vixit anno Chriſti 1322. adfuitq́; tractationi cum Lubecenſibus: Iohannis & Eleri, qui vixerunt Anno Domini 1326. vt conſtat ex literis archiui Epiſcoporum Lubecenſium: Brunonis, VVoldemari ducis Iutlandiæ conſiliarij, qui ſepultus eſt Chilonij Anno 1334: Conſtantini, qui mortuus eſt 1335, vt colligitur ex memoria Coloniæ inſtituta, in collegio nobilium virginum in capitolio: Hardeuici, qui vixit Anno Domini 1347. teſtiſq́; fuit in priuilegio Comitis Ioannis Holſatiæ, Monaſterio Reinfeldenſi conceſſo: VVoldemari, Nicolai Comitis Holſatiæ conſiliarij Chilonij humati, Anno Chriſti 1390, & aliorum.



VT FA-

VT FACILIVS GENEALOGIA PRAECEDENS INTELLIGAtur, breuis hæc ſubiecta eſt eiuſdem delineatio.

Hi fuerunt fratres aut patrueles



 FORTIOR

FORTIOR EST QVI SE, QVAM QVI FORTISSIMA VINCIT
MOENIA NEC VIRTVS ALTIVS IRE POTEST



HENRICVS. RANTZOVI, IOH· RANTZOVII F.
REGIS DANIÆ IN DVCATIB, SLESVI: HOLSA,
TIÆ, AC DITMARSIÆ, VICARIVS PRÆFECT,
SEGEBERGENSIS DOMIN, IN BREDENBERG
RANZOVISHOLM WANDESBVRGI TVSCVLA
BECANI NVSCOV ET MELBECK.

Genealogia Henrici Ranzouij à quatuor abauis deducta.

BREIDO Ranzouius D. in Crummendick, mortuus Itzehoæ, ibique sepultus, Anno Domini 1440.

DRVDA Radlouia de Lensan, obijt anno Domini 1451. 24. Augusti, apud maritum tumulata.

DETLEVVS Bockuuoldius Eques auratus, Dominus in Borstel & Sirhagen, Itzehoæ sepultus.

MAGDALENA de Hummelsbuttel, apud maritum humata.

HENRICUS Vualstorpius, Dominus in Pardol, Bornhouidæ sepultus.

ANNA Suanenia.

HENRICUS Ranzouius Dominus in Niendorff & Quernebeck.

ABELA Sehestedia.

HENRICVS Ranzouius hæres bonorum feudalium in Itzeho, obijt Sexagenarius Anno Christi 1497. ibidemque tumulo conditus.

OLIGARDIS Bockuuoldia filia Dn. in Borstel & Sirhagen, vixit annos 80. mortua Anno Domini 1548.

GERHARDVS VValstorpius obijt sexagenarius, in templo Segebergensi sepulturæ mandatus, ac monumẽto honorifico ibidem ornatus, à nepote Henrico Ranzouio.

CATHARINA Ranzouia obijt in Pretz, septuagenaria ferè, ibidẽque apud sorores suas, quæ virgines moniales fuêre sepulta, iacet.

IOHANNES Ranzouius, Eques auratus, Dominus in Bredenberg, Bodtkamp, Sturenhagen & Melbeck, nec non 3. Daniæ regum summus bellorum dux, vixit annos 73. & mensem vnum: obijt in arce sua Bredenberga, Anno Domini 1565. 12. die Decembris, in vlnis filiorum suorum, iustæ ætatis cursu confecto. Itzehoæ sepulchro maiorum illatus est.

*ANNA VValstorpia vltima eius familiæ, in his oris vixit annos 72. obijt anno Domini 1582. 29. Decembris, vidit liberos, nepotes ac pronepotes * num 48. Itzehoæ sepulta.*

HENRICVS RanZouius Regis Daniæ in Ducatibus Slesuici, Holsatiæ ac Dithmarsiæ Vicarius, Præfectus Segebergensis, Dominus in Bredenberg, RanZouisholm, VVandesburgi, Tuschulabecani, NutZschouu, Melbeck, Gronouu & VVellingbuttel, natus Anno Christi 1526. 11. Martij hora 10. min. 31. post meridiem in arce Steinborch: Nunc agit annum sexagesimum secundum.

Hactenus



HINRICVS. RANTZOVIVS VICARI,
REGIVS AN°. 1585. ÆTA: 60.

HActenus armatum, nunc me sculpsêre togatum,
Namq; annis habitus, conuenit iste meis.
Dum postrema mihi fermè iam viuitur ætas:
Arma viros ornant; sed toga longa senes.

IN EFFI-

IN EFFIGIEM ARMATAM Henrici Ranzouij Regij Vicarij.

HÆC est RANZOVII decens imago,
Quem Vicaria Danici tot annos
Regis munia reddidêre clarum.
Immo claruit antè. Gens auita
Stemmatis seriem vetustioris
Summâ nobilitate semper auxit,
Raramq; insuper eruditionem
Adiecit. Cataphractus adest ecce!
Mars Thoraca viro dedit gerendum,
Sed Pallas galeam. Caput Mineruæ,
Robur corporis est sacrum Gradiuo.
Cui mirum, cate Ranzo, si vel vnus
Multos Marte viros & Arte vincas?

Paulus Melissus Myrtilleti
Anno CIↃ IↃ XXCVI.

IN EFFIGIEM IOHANNIS Ranzouij Equitis aurati.

TAlis Ioannes facie spectandus, & armis
Ranzouius, pugnas quando ciebat, erat:

Stirps hæc Ranzouidum, ter centum floruit annos,
Inclyta qua veteri Cimbria laude viget.
Accendit iuuenem virtus, & gloria Martis,
Cùm petijt vasto regna Britanna mari.
Vidit & Hesperiam; Creten, Solymæq; ruinas
Et Syriæ populos, Argolicasque plagas:
Venit & Italiam: post tot discrimina reges
Præficiunt armis, imperijsq; Ducem.
Sceptra bis ancipiti repetiuit Danica bello;
Hunc stupuit trepidis, Traua cruentus, aquis.
Dithmarsos acie vicit, regisq; ducumq;
Auspicijs, priscos fortiter vltus auos.
Nec minus hic pacem coluit, quæ Marte repulso
Extulit ad Boream, Pallade cincta caput.
Nunc tanti herois laudes veneratur, & effert
Cimbria & Arctoo proxima regna polo;
Virtutesq; patris nati virtutibus æquant
Et genere, & tanto dignus vterq; patre est:
Contulit Henrico clypei quia tegmina Pallas,
Et Paulo Mauors arma corusca dedit.
Pergite sic, nati: tu, Dux fortißime, salue:
Inter & Heroes, inter & astra vale.

Henningus Conradinus F.

SEQVVN-

SEQVVNTVR NOMINA Ranziorum, qui hoc anno 1587. sunt superstites.

1. CHRISTOPHORVS totius familiæ huius senior Dominus in Quernebeck, Annorum 84.
2. Benedictus Christophori filius Dominus in Moltunderen.
3. Christophorus } Benedicti filij.
4. Gregorius }
5. Christophorus Christophori senioris filius Dominus in Osterade Cluuensicke & Marutendorff, regius in Holsatia consiliarius.
6. Gregorius Christophori senioris filius.
7. Ioannes filius Henningi in Neuerstorff, quondam Tribunus militum ann. 74.
8. Paulus Ducis Holsatiæ consiliarius præfectus Tremmelsbuttelensis.
9. Nicolaus }
10. Laurentius } Pauli filij.
11. Paulus }
12. Breido Nicolai de Neuerstorff filius.
13. Henningus Marquardi de Neuerstorff filius.
14. Breido Marquardi filius.
15. Nicolaus præpositus nobilium virginum cœnobij Itzehoensis.

16. Georgius Marquardi filius.

17. HENRICVS vicarius Regius, ac Frederici II. Regis Daniæ in Holſatia conſiliarius Dñ. in Bredenberch &c. agit annum 62.

18. Franciſcus Henrici filius præfectus Regius in Coſſor Dominus in Brobu. an. 32.

19. Ericus Franciſci filius.

20. Breido Henrici filius, Regius Danicus ſenator, præfectus inſulæ Langelandt an. 31.

21. Fredericus Henrici filius Archidiaconus & Canonicus Sleſuicenſis ac turmæ equitum ductor an. 30.

22. Gerhardus Henrici filius præfectus in Cronēborch, Canonicus Bremenſis & Lubecenſis an. 29.

23. Caius Henrici filius præpoſitus Hamburgenſis an. 25.

24. Otto
25. Breido
26. Melchior
27. Ioannes
28. Henricus
29. Daniel
30. Bartramus

} Pauli piæ memoriæ filij, Dñi. in Bodtkamp, Kohouede, Lindevvith, Arleuat, Beyenfledt & Scaphuſen.

31. Iohannes Caſpari filius Dominus in Haſelborch & Muſchentin, conſiliarius Regius in Holſatia, præfectus Rendesburgenſis agit annum 56.

32. Caſparus
33. Ioachimus
34. Hanſius

} Henrici filij Domini in Schmolde.

35. Anto-

35. Antonius Godſchalci filius Dn. in Nienhaue agit annum 54.

36. Antonius } Antonij filij.
37. Godſchalcus }

38. Petrus Godſchalci filius, Dominus in Troieborch, Arnsborch, præfectus Flensburgenſis & conſiliarius Regius in Holſatia ann. 49.

39. Daniel Petri filius, literis incumbit.

40. Detleuus Caij filius Dominus in Kledtkamp, conſiliarius ducis Holſatiæ agens annum 51.

41. Caius filius Dethleui, literis incumbit.

42. Caius Mauritij filius Dominus in Hanrovv, Holtenklincke & Medickſehe.

43. Nicolaus Oueni filius Dominus in Raſtorff cum tribus filijs impuberibus.

44. }
45.
46. }

47. Hanſius Henrici filius Dñ. in Saxtorff Satvviſch & Nienhus:

48. Henricus }
49. Marquardus } Hanſij filij.
50. Sifridus }

 51. Daniel

51. Daniel Henningij filius præpositus in Vtersen Dominus in Sehegarten, consiliarius Regius in Holsatia quondam tribunus militum agens annum 54.

52. Hansius
53. Franciscus } Danielis filij.

54. Otto de Nienstadt ferè septuagenarius.

55. Georgius Hansij filius de Rastorp.

56. Hansius Georgij filius.

57. Breido Henningi filius Dominus in Hogenfelde.

58. Hieronymus
59. Matthias
60. Henningus
61. Sigfridus
62. Mauritius
63. Paulus } Breidonis filij.

64. Hansius Henningi filius in Oldeslo.

65. Iacobus Hansij filius

66. Henricus Pauli filius Dominus in Niendorff habet duos filios impuberes.

67. Paulum
68. }

69. Hansius

69. Hansius
70. Emico
71. Christophorus
72. Franciscus
Hi sunt fratres Henrici Ranzouij.

73. VVolffgangus Pauli filius Dominus in Siggem.

74. Henricus Ioachimi filius Dominus in Pudtlosen, Pancker & Helmstede agit annum 39.

75. Ioachimus
76. Dethleuus
77. Hansius
78. Henricus
Henrici filij.

79. Sifridus Ioachimi filius Dominus in Loerstorff agit annum 38. consiliarius Frederici ducis Holsatiæ ac præfectus Gottorpiensis.

80. Ioachimus
81. Dethleuus
filij Sifridi.

82. Paulus Ioachimi filius Dominus in Brodovv agit annum 54.

83. Ouenus Dominus in Saltzovv, præfectus Kiloniensis, consiliarius ducis Holsatiæ agit annum 72.

84. Andreas
85. VVolffgangus
86. Iuo
87. Melchior
filij Oueni.

88. Iacobus

88. Iacobus habitans Neoſtadij ſexagenario maior.

89. Hartvvigus
90. Iohannes } Filij Iacobi.

91. Otto Chriſtophori filius Dominus in Bulcke.

92. Henricus Chriſtophori filius Dominus in Bulcke conſiliarius Frederici Ducis Holſatiæ.

93. Chriſtophorus
94. Godſchalcus
95. Laurentius } filij Henrici.

96. Hieronimus Chriſtophori filius Dominus in Sehekamp.

97. Paulus Chriſtophori filius Dominus in Knope.

98. Chriſtophorus Pauli filius.

99. Hanſius
100. Balthaſar
101. Henricus } Hi ſunt Ottonis filij Domini in Rânzovv Nienhus & Schonenvveide.

102. Nicolaus Dominus in Klampe.

103. Andreas filius Nicolai.

104. Chriſtophorus VVolffgangi filius de VVittenberg.

105. Henricus VVolffgangi filius de VVittenberg dominus in Lammershagen.

106. Nicolaus de VVittenberge.
107. Schacko Ranzouius, qui habitat Neostadij an. 54.
108. Hartuuigus } filij Schackonis.
109. Iacobus }
110. Andreas Nicolai filius Dominus in Grundthoff an. ferè 64.
111. Hansius } filij Andreæ.
112. Michael }
113. Melchior Henrici filius Dominus in Salvvick.
114. Henricus filius Melchioris.
115. Otto Henrici filius.
116. Christophorus Petri filius tribunus militum.
117. Antonius Petri filius vexillifer.
118. Hansius Nicolai filius.

Hæc hæc gens illa est, quæ magnos ense togaq́;
Ranzouidas nobis, illustri sanguine cretos
Protulit, antiquo referentes stemmate Cimbros.
Marte sagoq́; valet gens hæc, viget arte, togaq́;.

SEQVVNTVR NOMINA ARCIVM AC PRAEDIORVM, QVAE familia Ranzouiana hoc anno 1587 poſsidet.


Nobilium ſi ſcire domos, qui ſtemmate ſeſe
Ranzouio iactant lector amice cupis.
Perlege ſubiunctam ſincera mente tabellam
Quinq́; etenim decies ſi numerabis erunt.

1. Arx Ranzouia.
2. A. Ranzouisholmia.
3. A. Salzouia.
4. A. Bodtkampia.
5. A. Cohouetia.
6. A. Haſſelborchia.
7. A. Quarnebecia.
8. A. Segardia.
9. A. Moltundria.
10. A. Cletcampia.
11. A. Siggemia.
12. A. Niendorpia.
13. A. Neuerſtorpia.
14. A. Hogenfeldia.
15. A. Sackſtorpia.
16. A. Bulchia.
17. Oppidum Lutkenburgū.
18. A. Arleuatia.
19. A. Eſſelsmarchia.
20. A. Grundthouia.
21. A. Saleuicia.
22. A. Nuſtina.
23. A. Broboa.
24. A. Schonenvveida.
25. A. Meddickſehia.
26. A. Schirenſenia.
27. A. Knopia.
28. Prædium Holtenklinckū.
29. P. Mollendorpium.
30. P. Sehekampium.
31. A. Brodouia.
32. A. Schenkelia.
33. Opp. Gronouium.
34. P. Oſterodium.
35. P. Schaphuſium.
36. A. Raſtorpia.
37. A. Schmoldia.
38. A. Tuſchenbecia.
39. A. Redingſtorpia.
40. P. Hadtſtedium.

41. A. Melbecia.
42. A. VVandesburga.
43. A. Nutzouia.
44. A. Pudlosia.
45. A. Troieburga.
46. A. Nienhauia.
47. A. Arnsburga.
48. A. Hanrouia.
49. A. Nienhusia.
50. A. Bredenberga.

DELINEATIO.

Primariæ ac munitissimæ arcis Bredenbergæ, ædificatæ à Iohanne Ranzouio Anno Domini 1530, & nouis ædificijs, insignique Bibliotheca auctæ ab Henrico Ranzouio.



ERICI RANZOVII FRANCISCI FILII HENrici Regij Vicarij nepotis.

GENVS PATERNVM.

Henricus Ranzouius, heres bonorum feudalium in Itzehoe obijt sexagenarius An. C. 1497. ibidemque sepultus

Oligardis Bockuoldia de Borstel et Sirhagē vixit an. 80. mortua A. D. 1538. Itzehoe sepulta

Gerhardus VValstorpius obijt sexagenarius, in templo Segebergensi sepulturæ mandatus, ibidemque honorifico monumento à nepote Henrico Ranzouio ornatus.

Catharina Rāzouia ob. Prezij septuagenaria ferè, ibidēque apud sorores suas, quæ virgines moniales fuère sepulta.

Theodoricus ab Halle centenarius obijt

Elisabetha de Busch.

Florentius Ramel cētenarius obijt, sepultus in cæmiterio Drakenburgensi.

Hetluuigis ab Haue ante maritū defuncta et Drakenburgi tumulata.

Ioannes Ranzouius eques auratus, Dominus in Bredenberch. Bodtkamp Sirhagen et Melbeck, nec non triū Daniæ Regum summus bellorum dux vixit annos 73. & mensem unū obijt in arce sua Bredenberga An. C. 1565. Itzehoæ sepulturæ mādatus.

Anna VValstorpia vltima eius familiæ in his oris vixit annos 72. obijt A. C. 1582. 29. Decembris & à filio Henrico apud patrem deposita ac proprio monumento donata.

Franciscus ab Halle Dominus in Rintlem ætatis suæ 63. obijt Antuuerpiæ A. D. 1557. die 28. Sept. ibidemque sepultus, vbi in columna primaria ædis S. Mariæ marmoreū monumentum illi à genero Henrico Ranzouio erectum est.

Christina Ramel, quæ cum enixa esset filiam Christinam in puerperio Anno Christi 1533. obijt, sepulta non procul ab arce Radèn in Episcopatu Mindensi.

Henricus Ranzouius Regis Daniæ in ducatibus Slesuici, Holsatiæ & Dithmarsiæ Vicarius, Præfectus Segebergensis, Dominus in Bredenberch, Ranzouisholm, VVandesburg, Tusculabecano, Nutzschouu, Melbeck, Gronou & VVellingsbuttel, natus in arce Steinborch A. C. 1526. 11. Martij, hora 10. post meridiem agens annum ætatis 62. A. C. 1587.

Christina ab Halle, vnica filia Francisci ab Halle hæres in Drakenborch & Rintelem nata Anno Christi 1533.

Franciscus Ranzouius Regis Daniæ Præfectus in Cassor natus Anno Domini 1555.

Ericus natus Anno Domini 1585. 29. Augusti inter primam & secundam horam de nocte in arce Rosenkranziorum Ariscouu in Fionia.

GENVS MATERNVM.

Holgarus Rosenkrãzius Erici equitis aurati filius Dominus de Bollar in cœnobio Mariæ agro in Iutia sepultus.

Margaretha Boetij Flemingequitis aurati et Domini de Nesso in Noruuegia filio, sepulta Bergis in Noruuegia in æde Apostolorũ.

Casparus Gansius liber Baro de Potlitz in ducatu Megapolitano et Marchio natu Brãdenburgensi.

Anna filia D. de Molzã. Baronis.

Ericus de Hardenberg peryt in bello, quod Ioann. rex Daniæ cũ Suecis gessit.

Anna Ronnauia Nicolai Magistri equitum in Dania filia

Petrus Lucke eques auratus D. de Kerbygard in Fionia præfectus VVardbergensis, ac postea Neoburgensis sepultus Ottoniæ.

Christina Hog Nicolai Hog Calias Baner dicti filia

Otto Rosenkranzius Dominus de Bollar et omnium bonorum maternorũ in Noruuegia peste correptus obyt Lubecæ, ibidemque in templo cathedrali sepultus, postea in Iutiam in paternum monumentum translatus.

Margaretha Caspari Gansii filia peryt peste Lubecæ octauo die post maritum, cum quo inde in Iutiam translata.

Iacobus de Hardenberg Domino de Huedholm Ariscouu & Sanholt obyt Anno Christi 1542, sepultus Ottoniæ in æde S. Iohannis, cuius maiores orti sunt ex Ducatu Brunsuicensi, vbi adhuc multi ex hac familia superstites.

Sophia Lucke sepulta Ottoniæ Anno Christi 1565.

Ericus Rosenkranzius natus in arce Toring, quondam regni Noruuegiæ gubernator dominus de Kistrup & Nesso, obyt Arischouij Anno Christi 1575. ætat. 55. an. & 8. dier. sepultus ibidem.

Heiluuigis Hardenbergia Domina de Arischouu in Fionia nata Anno Domini 1540.

Anna Rosenkranzia nata Bergis in Noruuegia Anno Christi 1565.

ARX BREDENBERGA LOQVITVR
Qui versus parietibus sunt incisi ibidem.

Arx ego sum vallo & fossa munita profunda
Nomen de lato monte, vocata gero.
A. C. *Sex & ter centum sol lustra peregerat ingens*
1530. *Ex quo natus homo Christus in orbe fuit;*
Cum patruele suo Fridericus bella gerebat,
Illo qui profugo Danica sceptra tulit.
Hoc tunc me statuit Iohannes limite terræ
Ranzouio natus sanguine clarus eques.
In Domini stirpisq; struens & prolis honorem
Condidit, hæc illi maxima cura fuit.
Reddidit ille animam superis, ego duro superstes
Et mecum illius nomen honosq; simul.
Sic immota loco seros hoc spector in annos
Et tanti esse viri nobile testor opus.

Henningus Conradinus.

In Area hoc tetrastichon legitur.

H. R.

Si nihil ædificas, qui spectas nostra viator
Aut mea ne carpas, aut meliora struas
Si meliora tenes, id diuos poscito mecum
Ne quod vterq; tenet fascinet inuidia.

In Coch-

In Cochlidem ſuam lapideam H. R. Bredenbergæ extructam.

Hæc Cochlis excisis, quam conſpicis, ardua ſaxis A. C.
Magnanimi donum principis illa mihi eſt. 1562.
Saxonica, qui frena tenet ſeptemuir in ora
Et pius Auguſtum nomine, reque refert.
Hic mihi donauit lapides, cum miſſus ad illum
Dania cui paret, nomine regis eram.
Ipſe ſuum munus commendat muneris auctor,
Grataq́ ſunt magnis dona profecta viris.
Ergo etiam nobis dono data principe tanto,
Gratior hæc noſtra ſtabit in arce cochlis.
Et ſpectaturis ſero teſtabitur æuo
Nobile ſe munus Saxonis eſſe ducis.

In Bibliothecam Ranzouianam.

Quod benè conueniunt & in vna ſede morantur
Coniuncta eſt ædi bibliotheca ſacræ.
Struxit vtrumq́ graui motus pietatis amore A. C.
HENRICVS RANZOV nobilis auctor opus. 1584.

In ean-

In eandem.

Quam Bredeberga tenet meritò celebratur vbiq;
Laudibus à doctis Bibliotheca viris.
Tam varijs etenim totq; est instructa libellis
Vt vix huic habeat Cymbria tota parem.
Prima sacris libris classis spaciosa dicata est,
Qui nostræ tradunt relligionis opus.
Hinc sequitur legum Iurisprudentia cultrix,
Hæc est iustitiæ fida ministra sacræ.
Tertia sed classis Medicinæ tota tributa est,
Qua viget humani corporis ipsa salus.
Vendicat hinc quartam classem sibi docta Mathesis
Quæ ferri certa sydera lege docet.
Inde sed Historici succedunt ordine multi,
Inde sacros vates Grammaticosq; vides.
Bis ter mille libris constat multo ære coemptis
Quos subito cunctos enumerare graue est.
Floreat hæc igitur multos illæsa per annos
Et maneat seræ posteritatis opus.
Floreat & multos huius fundator in annos
Qui de Ranzoio est sanguine natus Eques.
Non etenim hanc codicum commendat copia tantum
Quam facit illustris gloria magna viri.

In ean-

In eandem.

Si Phœbus, Musæ, Pietas, Astræa, Minerua.
Et quotquot Sophiam Dijq; Deæq; fouent,
Si nostro vellent (quod abominor) orbe relicto
Quærere diuerso forsan in orbe Larem:
Præsidium Bredeberga tamen commune locarent
Arce tua & cunctis hæc foret vna domus.
Quicquid enim doctis voluerunt prodere chartis
Quæ lauro inscribi quæ voluere cedro.
Magnifico sumptu congesta hic optimus heros
Ranzouiæ HENRICVS gloria gentis habet.

Christophorus Syluius.

Iu Pyramidem Ranzouianam Nordoe.

Regibus vt gratum Danicis se ostenderet ac his
Sanguine, quos iunctos coniugioq; tenet.
Regibus hanc struxit consanguineisq; columnam A. C.
Ranzouius Cymbris, qui vice Regis erat. 1578.

In eandem.

Pyramis æthereas velut est educta sub auras
Qua iacuit plano Græcia clara solo:

H Vt mo-

Vt moneat nobis quærendas æthere sedes,
Virtuti & proprias esse sub astra vias:
Sic patulis Henrice tibi est quoq; Pyramis aruis,
Condita quæ cœli fert caput alta plaga:
Vt moneat cœlum patriam post fata petendam
Qua virtus precium dulce laboris habet.
Pectora quadratum signat constantia saxum
Quæ leuis accursu non mouet aura suo.

Henningus Conradinus.

De Ponte Ranzouiano.

A. C. *Scilicet Henricus Ranzoio sanguine natus*
1585. *Hunc pontem curuo fornice struxit Eques.*
Poßit, vt his pedibus siccis transire viator
Quælibet & currus res grauis axe vehi.
Ligneus ante fuit; saxum iam versus in album
Res hominum varias monstrat habere vices.

Pons loquitur.

Arx Bredeberga tenet visu dignißima multa
Quis prohibet multis nomen inesse meum.
Cum sim materia nitidus, spectabilis arte
Sumptibus Henrici nactus vtrumq; mei.

Traiectus fratrum, qui ſubterlabitur amnis
Antiquo quondam nomine dictus erat.
Fratribus à binis ſubita qui morte perempti
Nunc cupit hunc pontem nomen habere pater.
Et ſimul affectus ſignum cupit eſſe paterni
Poſteritas horum, quò memor eſſe queat
Hoc certum quando mea viſcera ſcindet aratrum
Cymbria Ranzouiæ neſcia ſtirpis erit.

In ſeminarium arboreum H. R.

Has ego conſeui quercus, petulasq; patenti
In campo, propria depoſuiq; manu.
Et rogo ne temere violet, lædátue ſecuri *A. C.*
Poſt mea qui tandem fata ſuperſtes erit: 1580.
Scilicet ex illis, quot quercus duret in annos
Poſteritas facile diſcere ſera poteſt.

Nympha Venatrix Horti, & piſcinæ cuſtos H. R.

Huius Nympha loci, parui cuſtodia ſtagni,
Dormio, dum ſtando feſſa reclino caput.
Parce meum huc, quisquis venias abrumpere ſomnum
Seu tibi ſtare lubet, ſiue ſedere, tace.
Me meus HENRICVS Dominus cognomine Ranzou
Excubias horto iuſſit habere ſuo.

Si strepitum facis & somnum mihi rumpis in horto,
Clamabo furem protinus esse meo.

In arce Melbecana prope Dithmarsiam sita, quam à patre Henricus Ranzouius accepit & nouo ædificio auxit, muro hoc distichon incisum habetur.

A. C. *Fridericus Daniæ tenuit cum sceptra secundus,*
1561. *Hæc domus Henrici est condita Ranzouij.*
Pulchrum est à Patribus iustè bona parta tueri,
Hæredi vt maneant inuiolata tuo.
Si tamen hæc propria vigilans cumulaueris arte,
Hoc equidem multò pulchrius esse reor.

In castro VVandesborch hi versus conspiciuntur.

Quum VVandesburgi Henricus fundamina iecit
Ranzouio clarus stemmate natus eques;
A. C. *Bis quater & decies senis sol addidit annis*
1568. *Ter quina à cunis secula, Christe, tuis:*
Tu, quem terra tremit, rutilans cui militat æther,
Fortunes castrum, Ranzouidumq́ genus.

In ar-

In arcem Nutzschouianam.

Rege Friderico duo regna tenente secundo — *A. C.*
Ranzouij sumptu, hæc arx fabricata fuit. — 1573.

In arcem Redingstorpianam.

Ædes quas cernis murosq́, & splendida tecta — *A. C.*
Henricus fecit surgere Ranzouius. — 1578.

In arcem Arnsburgiam siue VVoldehorniam.

Ranzouius Daniel non infima gloria stirpis
Quæsiuit iusta me ratione sibi.
Scilicet ære suo sibi me deuinxit & armis
Quæ pro Danorum rege potente tulit.
Cum Suecus inferret bellum Daniamq́, feracem
Sumere pacifica cogeret arma manu.
Est quia Ranzouius conflictu Martis in isto — *A. C.*
Ictus tormento, fata suprema tulit. — 1569.
Nunc ego sum Petro fratri subiecta, sepulti
Hæres legitimus, qui Danielis erat.

In arcem Ranzouisholmiam.

Henricus Ranzouius.

Fionia illustris pars est non infima regni
Quod sub se Daniæ rex Fredericus habet.

Spectatur præstans hic arx Ranzholmia dicta
Illam quod Ranzou poßidet atq; colit.
A.C. *Vendidit hanc mihi Ranzouio clemensq; potensq;*
1567. *Rex Daniæ, procerum nil renuente choro.*
Ac id sponte sua ne non sit certa fauoris
Quo me dignatur prosequiturq; nota.
Si vero precium, mihi quo Ranzholmia constat
Noscere re vera lector amice cupis.
Quinquagies, ter, bis, numerato mille daleros
Sic precij fiet cognita summa tibi.

DE FAMILIA RANZOVIANA.

Saluo Rege Daniæ felices Ranzouij.

Saluus & incolumis dum rex tibi Dania viuit
Ranzouium felix stemma genusq; manent.

De eadem.

Scipiadas, Brutos, Pompeios atq; Camillos,
Aemilios, Fabios, Roma superba dedit,

Fabricios, Curios, & cum Cicerone Catones,
Præstantes studijs Martis, & arte togæ.
Æternæ, quorum famæ monumenta dicata,
Posteritas positas suspicit & statuas.
Desine mirari, totidem gens vnica terris
Protulit Arctois proxima Ranzouios.
Inter quos Schacko, Caius, numeratur, & Otto,
Breidaq; cum Paulo, Mauritioq; simul.
Nicoleos præstans, & cum Daniele Ioannes,
Qui ducibus Romæ Marte fuere pares.
Quorum dexteritas, nec non Mauortia virtus,
Per varios casus sæpe probata fuit.
Constat enim cunctis, magna quòd laude vehendi
Præfecti fuerint, militiæq; duces.
Melchior, Henricus, Dethleuus Balthasarusq;
Bartholdusq; illis annumerandus erit.
Insigni functa est pars munere præsulis horum:
Æmula facundi pars Ciceronis erat.
Ac vltra centum Ranzoio sanguine natis,
Est sospes nostro tempore vita simul.
Quorum pars Danici regni sunt membra senatus,
Consilio Holsaticos pars iuuat vsq; duces.

Aliud de eadem.

Sunt duo, quæ faciunt, vt quis sit nobilis; Ars, Mars:
Maior ab arte venit gloria, Marte minor.
Maxima nobilitas, à laude paratur vtraq;
Vt consummatus, sic coalescat honos.
Vna Minerua, Dea est studiorum, Diuaq; belli:
Præsidet ingenijs, militiæq; fauet.
Nobilis in primis igitur Ranzouia gens est,
Stemma perantiquum ceu clypeusq; probant.
Arma nitent duplici, roseo niueoq; colore:
Vnus erit belli, pacis at alter erit.
Cur non sanguinei roseus sit tessera belli?
Candidus ingenuæ non nota pacis erit?
Quis neget, huic genti sub auito tempore, quod sit
Indole partus honos, sanguine partus honos?
Quis tales tantosq; viros non iure fuisse
Heroas magnos iudicet, & celebres?

Reusnerus

Aliud.

Arx: Mars, sors, celebres, illustres, atq; potentes
Ranzouios reddit: laude, decore, bonis.
Laus artis, Martis decor, & bona plurima sortis,
Salua manent; pietas est, quia sancta comes.

Hactenus

Aliud.

Hactenus ambiguo lis hæc ſub iudice pendet
Artibus aut armis laus ne ferenda prior?
Ranzouia Pallas litem hanc in gente diremit;
Has illis, illa his poſſe carere negat.
At domus eſt Cimbris non vlla vetuſtior oris,
Pluribus & quæ nunc claret imaginibus.

COLLATIO
Gentis Fabiæ Romanorum
&
Gentis Ranzouiæ Holſat.

Quos dederit quondam proceres, quæ corpora clara
Roma per Auſonias emiſerit vnica gentes,
Si numeres citius numerabis lumina cæli.
Vnus erat Latia Fabius vir maximus vrbe
Qui meritas laudes ortumq́ æquabat Olympo.
Non hic Pyramides cæloq́ educere moles,
Nec viſus patrijs circundare mœnia portis;
Præſidium maius dedit & maiora per vrbem
Robora, patricium proprio de viſcere gentem
Edidit, innumeros Fabios, proceresq́ virosq́,
Magna ſatis quorum virtus effulſit in armis
Inuictoq́ ſuas tutata eſt robore portas.

Ter centum Fabios bello lux abstulit vna
Hinc genus Ausonium antiquo de sanguine ductum
Corruit, eximij, superest scintilla nec ortus.
Quis verò Holsatos proceres, quis maxima gentis
Corpora Ranzouiæ numeret, quis in ordine ponat?
Teutonicis inter pars magna coruscat in armis,
Atq; hostem nostris prohibet succedere regnis:
Pars regnum visit Daniæ, patriasq; per oras;
Pars populo dat iura, viamq; affectat Olympo.
At licet aduerso succumbant plurima Marte
Corpora, plura domi succrescunt, plura seruntur
Semina, perpetuos referunt, quæ stemmatis ortus.

Apophthegma Philippi Macedonis ad Alexandrum Magnum filium.

Expositum à Dione Chrysostimo Orat. 2. de regno. Epigrammate nunc expressum.

AD HENRICVM RANZOVIVM.

Quam benè Ranzoui, titulis celeberrime dignis
Officio vates, historicosq; foues.
Sic tibi suggessit rerum experientia prudens
Semina naturæ sic docuere tuæ.

Curat

Curat vterq; Deus, genioq; benigniter auctos
Cœlite, vim superum participare facit.
Illud Amyntiades rex nouerat inclytus, illud
Gaudet Alexandro notificare suo.
Atq; ait ô Macedum spes vnica nominis hæres
Effigies vultus, ingenijq; mei.
Historicos vatesq; sacros offendere noli
Tuta patrocinijs, turba sit illa tuis.
Præpes vtrisq; manus calamoq; sequace papyrum,
Secula quæ voluant posteriora, linunt.
Fas illis, quæcunq; placent inscribere chartis
Arbitrio laudant, vituperantq; suo.
Talibus ille suum monuit, tu temporis huius
Sydus, idem claros nobilitate doces.
Historicosq; foues, argutaq; pectora vatum
Testis Iber, Gallus, Sarmata, Teuto, Ligur.
Macte animi vir summe: canent tua facta Poëtæ
Certatim, & calamis acribus Historici.

M. Henricus Meibomius
Academiæ Iuliæ Professor.

Nicolaus Reusnerus Henrico Ranz.

Clarus imaginibus priscis fit clarior inde
Laude sua, si sit Marte, vel arte bonus.

Sufficit alterutra ſaltem præcellere laude:
Ars pariter nomen nobile Marsq́; dabit.
At quanto tua laus & gentis præſtat auitæ,
Henrice, Aonij diue patrone chori?
Quæ tot habet claros Heroas Marte vel Arte,
Quot Fabios olim Roma ſuperba tulit.

Aliud.

Sors dat opes & regna bonis pariterq́; malignis,
Vnde bonus dici nemo vel eſſe poteſt.
At virtus facit vna bonos, pariterq́; beatos,
Quæ potior regnis eſt opibusq́; ducum.
Sic ſors virtuti, vis cedit inutilis arti,
Ingenio robur, conſilioq́; labor.
At tibi ſors pariter dat opes Henrice: beatum
Et pariter virtus te facit atq; bonum.
Auget vtrumq́; decus pietas doctrinaq́; digna,
Et ſplendor generis nobilitasq́; probi.
Et fauor & Regum magnorum gratia magna:
Et qui te paribus paßibus ambit honos.
Sic meritò ter eris Henrice quaterq́; beatus;
Quem bona tot Diuûm numine tanta beant.

Aliud.

Magna quidem laus est claro de sanguine nasci:
At præstat clarum laude vigere sua.
Instillata valet multum cum sanguine virtus:
At crescit semper viribus aucta suis.
O te felicem, qui gentis origine clarus
Laude Henrice tua clarior esse potest.
Et te Phœbus amat, vatum DEVS: & sua Pallas,
Cum Ioue munificâ dat tibi dona manu.
Et largo tibi fundit opes bona copia cornu:
Et proprium tribuit iam Venus alma decus:
Virtutisq́ comes Fortuna, *fauentibus astris,*
Te fouet in placido semper amica sinu.

M. Rodomanus.

Qualis erat quondam, cùm maxima Roma vigebat
Mecœnas, patriæ gloria prima suæ:
Talis apud Cimbros, cum res ita publica poscit,
Ranzoui es, patriæ fida columma tuæ.

Aliud.

Sunt tibi cùm Regum, tùm publica commoda curæ,
Nec tamen Aonidum munera grata minus.
Regibus & Patriæ pariter Musisq́ placere,
Quod facis, humanum vincit id ingenium.

Εἰς ἔῤῥικον ῥανζόβιον.

Οὗτος ῥανζόβιος πολλῶν αὐτάξιος ἄλλων,
Ἀμφότερον, κῦδος μουσῶν, καὶ ὄζος ἄρηος.
Δόξ' οὖν ἠδὲ χάρις μεγάλη τῷ ὀφείλεται ἀνδρί.

Matth. Dreß.

Sola manet virtus labuntur cætera quæq;
Diuitiæ, vires, fama, Iuuenta, decus.





HENRICI RANTZOVY INSIGNA



PARTE RVBET DEXTRA CLIPEꝰ PARS ALBA SINISTRA Ē
ET SVPER IN GALEA CORNVA BINA MICANT
CORNVA SVNT ROBVR MARTIS COLOR ALTER ET ALTER
PACIS VTRVMQ; SATOS NOBILITATE DECET



